

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0196

LOG Titel: De Pica Persica. Cap. XVII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

*F*emina verò talis est. Caput totum, collum, atq. pectus, uenterq. ex castaneo ad leucophæum vergunt. Oculi nigri sunt, iris lutea. Rostrum nigrum multò quàm in mare crassius. Dorsum totum castaneum. Alæ primùm, nempe prope scapulas cæruleæ, mox ex cæruleo virides; remiges nigrae, Cauda latiuscula ex viridi, & cæruleo ad fuscum inclinat. Tibiæ, & pedes lutei, tabellæ castaneæ; ungues nigri, recurui. In summa toto cælo à mari diuersa est.

Caput.
Oculi.
Rostrum.
Dorsum.
Alæ.
Cauda.
Pedes.

DE PICA MARINA.

Cap. XVI.



*V*lcherrimam hanc volucrem quoniam Gazam, seu picam marinam vulgò appellari videam, eius etiam hoc loco iconem exhibere placuit, maxime verò, vt Garrulus Argentoratensis nunquam in maritimis degens id nomen præter rationem tibi vendicasse demonstrarem. Tota avis si caput, ceruicem, pedes & partem etiam alarum excipias, subuiridis apparet. Rostrum robustum, paulò quam in picis longius, admodum acutum. Capitis vertex ad tertiam ceruicis uerticem, vsq. coloris castanei diluti. Inferior capitis verò pars, ad tempora scilicet, & oculos lutea. Oculi nigri; Iris lutea, quam niger circulus ambit. Pedes subfusci, digiti longi, ungues insigniter adunci, & nigri: cetera, vt dixi, viridis, præter secundi ordinis alarum pennas, quæ ex castaneo dilutæ sunt, & in extremitate cæruleæ.

Rostrum.
Vertex.

Oculi.
Pedes.

Iconem habes pagina subsequenti.

DE PICA PERSICA.

Cap. XVII.



*H*ec verò avis, quam nunc damus, Venetijs nobis olim transmissa sub Picæ Persicæ nomine, ex solo contuitu è picarum genere esse cognoscitur. Tota fermè subfusca est, capite nempe, collo, dorso, pectore, & uentre. Magnitudo, quantum ex pictura iudicare potuimus, ad Picas maxime accedit. Rostrum habet robustum, crassum, breuiusculum, albicans. Oculos item albos, pupillam nigram. Alarum pennæ secundi ordinis, uropygium, & priores in cauda lutæ sunt. Pedes subcærulei; tabellæ nigrae: ungues ex gui, at recurui, & nigri.


Color.
Magnitudo.
Rostrum.
Oculi.
Alæ.
Pedes.

Iconem dabit pagina

795.



Hæc est Pica Marina figura, nam quæ depicta est pag. 792. est Garrulus Argoratensis Fœmina.



Pica Perfica.



DE GARRVLO BOHEMICO.

Cap. XVIII.

Garrulus.
Bohemicus
nō est ēge-
nerē Pica-
rum.
Ornitholo-
gic error.



Historiam huiusce Avis ante aliquot annos, cū velut pestilentia quoddam praefatum in Italiam maxima copia aduolasset, copiosè descripsi. Quam cum seorsim in lucem aliquando edere constituissem, sed nunquam mihi data esset satis commoda occasio, itaq. non ab re me facturum arbitratu sum, si huic nunc illam velut in compendium redactam, loco infererem licet tamen cum Picarum genere re nihil praeter nomen commune obtineat, secus, atq. Ornithologus existimat, qui tertium eorum genus eam constituit. Pulcherrimè ergo huius avis a tam varijs mihi viris, ij. sq. doctissimis atq. ex totius fermè Italiae partibus sub varijs nomenclaturis missæ amphibologiam explicaturus, singulorum primùm de illa iudicium, ac opinionem adducam, deinde quid ego sentiam breuiter adferam.

Fabritij Pa-
duani opi-
nio de Gar-
vulo Bohe-
mico.

Galerit
Varia Mi-
crophanix.
Casaris O-
doni opi-
nio.

Merops.
Arist.
al. 10. c. 49
Noua aues
Plinij.

Auis Hyr-
ctinae sylua
Lucidia
aves.
Alphonst
Panzae opi-
nio.

Incendia-
ria Plinij.
Beccosif-
one.

Galletto
del bosco.
Incinera-
ria.

Behemle.
Zinzirelle.

Ampelis.

Cur Ampe-
lis dici p-
fit.

Ficedula.
& Beccosif-
one, cur sic
dicitur.

Cur auium
generi as-
cribitur.
Ampelis.
Ampe lis.
magrat.

Fabritius Paduanus Foroliuensis clarissimus medicus, magni illius Elidei filius, qui inter alia naturæ dona, quibus musæum nostrum quamplurimè locupletauit, hanc quoq. volucrè mihi trāsmisit, Galeritam variam, & Microphanicem propter cristatum capitis verticem, & totius corporis colorum eximiam venustatem appellabat. Cæsar Odonus magni nominis pariter medicus, simpliciumq. nec non medicinae practicæ in almo Bononiensium Archigymnasio publicus professor Meropem Aristotelis esse ex pinnulis illis, quas in alis habet, iudicabat; Alij nouam auem Plinio dictam credebat, de qua hunc in modum ille scripsit. *Venerè in Italiam Bebricæ. Iphur bellis ciuilibus irans Padum, & nonq. aues (ita nunc vocatur) Turcorū specie, paulò infra Columbas magnitudine, sapore grat.* Alij rursus, quoniam conspectu insolens esset, ac ex Germania ad nos transuolasset, Auem Hyrciniae syluæ nuncupabant, cuius itè Plinius his verbis meminuit. *In Hyrcinia Germania tractu inuisitata genera. Alium accepimus, quarum plume ignium modo collaceant.* Et Solinus, et si Plinio tamen ut solet, mutuatus videatur, non luxisse tantū noctū scripsit, verū homines etiam illius loci (mirum dictū) nocturnos plerūq. excursus harū auium opera destinasse, & ad itineris dirigendi praesidium vfos fuisse. Meminit earundè Albertus, & à tali luce, Lucidias nūcupat. Alphosus Pāza Ferrariensis Philosophus, ac Medicus eximius, & naturalium rerum insignis indagator, necnon & in celeberrimo Ferrariensium gymnasio publicus professor, in epistola sua, quā super hac aue mihi scripsit, Incendiariam Plinij esse existimabat. A Saxoli (pagus est in agro Mutinensi satis insignis) iacolis, vbi maxima erat copia, vulgò Beccosifone dicebatur, quoniam quodammodo Coccothrausto, quem Frisone vocant, similis esset; alij Galletto del bosco, quasi Gallulum syluestre, propter capitis cristā. Nostrī aucupes vcello del mondo nouo, hoc est, auem ex nouo orbe indigabant; Flandri, ut audio, Incendiariam, quam vocè pro Incendiaria corruptam crediderim, atq. eò maxime, cū & alij Incendiariam, ut dixi, vocarent. Ornithologus Garrulū Bohemicū appellat, verū quo iure, nō video, cū Picorū more nequaquam garriat. Quare generica voce Bohemicam auem potius vocare debuisset. Iconem eius ab Argentoratensi quodam pictore, qui nomē ignorabar, sibi transmissam scribit, se verò post ab alijs didicisse, hac specie auem circa Norimbergam dici Behemle, id est, Bohemicam fortè quæ Bohemicæ peculiaris sit. Germani quidam alij per onomatopœiā zinzirelle dicunt. Istæ itaq. quæ adduxi, nomina à diuersis imposita, non vulgarem, qui de illis iudicet, philosophū requirunt, cui vbi nomina desunt, noua fingere Aristoteles cōcedit. Quare cū huic aui nullum illorum conuenire viderem, placuit ex potiori auis victū Ampelidem appellare. Inter ceteros enim fructus, quibus vescitur, vuis potissimum delectatur, quod Ampelidi suæ olim etiam Callimachus poeta tribuit, quæ, cū nullam illam, qua agnoscat, noram addat, eum nostra fortè eadem statui possit. Quod si verò ea de re quispiam mecum cauilletur, & aliam aue Callimacho Ampelidem dici pertinaciùs contendat, non negauerit saltè Ampelidem posse vocari, non verò quod duntaxat solas uas edat, ut quas autumnō tantum nancisci potest, sed quòd eas alijs fructibus præferat. Sic enim & Ficedula Latinis, & vulgò Beccosifone dicitur, non quoniam semper sicubus vescatur, neq. enim & illæ toto anno reperitur, sed quia ex earum esu plurimum pinguescat. Cui verò Auium generi hanc auem congenerem facere debeam, nedum satis compertum habeo. Haud me latet tamen ex illarum genere esse, quæ fructibus viuunt, carpophagæ dicitur, auemq. esse migratoriam. Nam ad vicinas Bohemæ regiones, ut audio, quotannis euolat. Ornithologus pro tertio Picarum genere, sed eum maximo errore eam nobis obtrudit, cum tamen nec magnitudine (est enim multo minor) neq. moribus, neque demum ratione victus quicquam cum illis commune habeat. Adde etiam,